hoc cā exēpli. Exēpla autē nō reſtrigat
regulā. immo. plus dicit Pa. ibi q̄ hic
accipit publici put ē ſpēs diſtincta a
notorio. Et ſic iſ nō trahierit in notoriū
ſatis eſt q̄ pbari poſſit. Et p declar-
atiōe huſus materia Pa. in. c. qſituz de
pe. et re poſit notabilē trūmēbrē diſtin-
ctiōe: q̄ aut deliciū eſt graue et ſcāda-
liſas totā vrbē et tūc laico iponeſ pnia
publica et ſolēniſ. d.c. in capite et. d.c.
fi. Aut ē graue. ſi nō generat ſcādaluſ
et tūc aut ē occultuſ: et nō iponit pnia
nec ſolemnis nec publica ſiue fit cleri-
cius: ſiue laic⁹: vti. d.c. i capite at ē pu-
blicū ſi nō ſcādaluſ et tūc iponetur
pnia publica. ſi nō ſolēniſ. d.c. fi. Idē
tūc ipē Pa. i.c. fi. de hiſ q̄ fi. oc. Et p il-
lū tex. i fi. vbi inter ſectorib⁹ ſilioz nō
iponit pnia publica nec ſolēniſ. ſi pe-
nitētia ſecreta. s. triū annoz. quorū vñ
pagat i pane et aq̄ Pa. dicit q̄ hoc eſt
q̄ ſolēniſ locoruſ: vbi i hoc
casu publica iponit pnia et ſolēniſ q̄
ſieri nō dñ nā illa pnia iponi nō dñ ni-
ſi crīmē adeo graue fit q̄ pmoqueat to-
tā vrbē hoc tñ intellige fi mōem vſuſ
loquēdi: ſicut dñ q̄ ſota ciuitas vadit
ad ſpectaculuſ: et tñ maior pſ remanet
domi. Et hoc etiam videntur contra di-
ctiō panormite. ſ. vbi dixit q̄ i. d.c. ſta-
tūmū accipitur ibi publicum pro eo
q̄ probari potest et tñ tunc dictū eſt p
d.c. in capite. et. d.c. fi. ſaltē regritur et
magna pars ciuitatis vel loci ſcādali-
zetur. Pōt dici ſalutado dictum panor-
mita q̄ bene ſtat ſimul q̄ tñ duo vel
tres ſciat p q̄ ſi pbari poterit et tñ ciui-
tas vel locus ex fama et auditi erit re-
plete et ſcandalizata.

¶ Quid si calore iracudie vel ebrita-
tis alijs pſilunt in blasphemiam. dicit
Bof. p nō h̄ loci hec pena p verbuz
pſumpſerit poſitū i. d.c. ſtatūmū. sed

Pa. dicit q̄ hoc dictū ſibi pl̄z in ebrizo
Sed in accēlo calore iracudie forte nō
pcederet: niſi maxim⁹ eſſet calor iracu-
die: ex iusta cā pnuocat⁹. Sec⁹ autē ſi ex
iusta cā vt puta ex amissiōe facta i lu-
do: facit. xv. q. i. inebriauerit. Hoc idēz
tūc ho. put dicit directoria. ii. i. ti. xv. Nā
q̄ peccatores: deū vel xp̄z cū tra quotti
die blaſphemātes: hec pena ſpāliter ē in
dicta. nec alijs deū blaſphemat de facili
niſi irat⁹. vt tñ inter iracudia et iracu-
dia diſtiguas. q̄r tāta poſſiſ eē iracudia
et omētie egpareſ: et tūc hēret locuſ q̄
dič Bof. Idē dicit directoria q̄ ſi q̄ ſu-
rat p caput vel corp⁹ vel p capillū deit
ſi hoc facit deteſtando vel vitupando
h̄ locuſ hec pena. Secundus ſi hoc dicit
affirmādo vel turando.

C An autē hoc capillū habeat locuſ in 2
clericō blaſphemāte: pa. dicit ſim cōter
doc. q̄ nō: q̄r cleric⁹ nō agit publicam
penitentiā. l. di. ex penitentibus.

C An autē in diſtincte repellaſ ois diſ-
pēſatio i his peniſ. No. dicit q̄ ſi eni-
ſi ex magna cā diſpēſet: vt ſi eſt hono-
rabilis pſona quā nō decet publice pe-
nitere: et vult illa redimere elemoſynis
qđ ſatis ē equū ſi pa. ſi caſu q̄ tāt de-
linquēſ nō vult pagere pniaz p̄dictaz
iponit ab epo. nec luere in corp⁹: dñ p-
uari moriēs eccliaſtica ſepultrura: vt in
d.c. ſtatūm⁹. vbi ultra alſ pēas ēt ipo-
nit pena pectuaria. Ex q̄ inſert Pa. q̄
obligat⁹ ad pena pectuaria ex maleſi-
cio ſi ē i potēs ad ſoluēdi: dñ luere in
corp⁹ et ſic dare finē litib⁹. Sec⁹ vbi ē
obligat⁹ ex h̄ctu vñ qſi: q̄r tūc expectat
donec puenērīt ad pinguloē ſortunaz
vt i. c. odoardus de fo. Prīmū tñ gdā
limitat̄ vrtū vbi agit rōne ſimodi pu-
blici. Sec⁹ vbi rōne commodi pniati.
Quart⁹ eſt excēcatio maior put vult
ēt gl. in. d.c. ij. Idē tūc gl. in cle. attendē
tes de ſta. re. idē gl. i cle. i. de re do. Idē
in cle. vniſa de ſan. et affi. Idē tūc fe.
de ſe. Idē Pa. i multis locis: pſerit in
c. monachi. et. c. mulieres de ſen. excō.
Idē tūc Berēgarius i ſuo opuſculo: qui
fuit vñ de cōpoſitorib⁹ li. vi. et dicit q̄

socij sui idē sentiebat et Papa bonifacius. l*3* Inno. et No. put recitat dir. l*1*. i*ij*. t*iij*. dicat q̄ papa sibi multos casus reseruauit. ep̄is acūt solū duo casus exccōcationū sūt reseruati. prim⁹ est de iniecitōe manūtū in clericū violēter le- miter in. Scōns est in s̄rib⁹ minorib⁹ recipiētib⁹ fr̄es de tertio ordine tpe in terdicti ad diuinā: vt in cle. cū ex eo. de sen. ex. Ista tñ exccōcatiō hodie p. S. D. Sixtū Pap̄. i*ij*. ē sublata. Et sic te nēdo ista opionez: vna sola exccōcatiō eset reseruata ep̄is in ceteris nō reseruatis pape iseriores p̄nt absoluere. P̄ia tñ opio est cōioz approbata p̄ tot. gl. et doc. Itē declarauit: q̄ gnqz sūt casus ep̄ales de cōsuendine approbata. Pri- mus est homicidii volūtarī vel mu- tilatio mēb̄oz Nā p̄ hoc pctō ab illo v̄r p̄nia danda: qdā eādē d̄z icēdiario dare: et nec mutilās: nec mūstionem fieri mādās: nec glentiēs d̄z absolui ni si satissactiōe p̄missa. x*ij*. q. vi*ij*. sigs mēb̄oz. Sectūdus falsarij. et sūt in s̄rl etiſſimo significato: ex quo sum⁹ i mā penali q̄ criē falsi tenētur. q̄ autē teneā- tur criē falsi dic̄im̄ notata p̄ doc. i.c.i. de cri. sal. q̄ n̄ solū d̄r ille falsari⁹ q̄ fal- sat l̄ras vel scripturas s̄z et testis falsus et tenet de falso nō solū q̄n dicit mēda ciū: sed etiā q̄n occultauit veritatem. Et hoc intellige b̄z Panor. ibi q̄n iterro- gatur sup aliquo articulo: et dixit se n̄ hil scire. vel q̄n iurauit dicere puras et merā veritatē: et multa subiicit. Alias sec⁹. Itē si testis recepit pecunia ut nō dicat testimonium: vel vt dicat v̄z testi- moniū nā p̄mis̄ criē falsi vt i.l.i. s̄. eo et ibi Bar. dicit gl. tenere q̄ si testis ac- cipit pecunia: vt dicat testimonium verū tenetur pena falsi. sicut dicit⁹ in iudi- ce: q̄ accepit pecunia ut verā sniaz det vt. l. i*ij*. s̄. d̄. q̄d. ob. tur cāz. Rō b̄z Bar. est quia testes debēt facere gratis. Itē notarius vel aduocatus vel p̄curator qui iusta vnius partis ostendit alteri parti: tenetur criē falsi p. h. q̄ deposita in. d. l. i. Tertiū violatores ecclesiasti- ce libertatis. s. qui iuste p̄sonas seu res

ecclesiasticas grauant. hodie tñ per pro- cessum curie sunt excōdicati. Quartus violatores ecclesiastice imunitatis hoc est qui in ecclesia: sive loco sacro. v̄l in spacio p̄mlegiato in circuitu ecclesie aliquē in p̄sona seu rebus offēdit. xvij. q. i*ij*. si quis invenitus. vel aliter ei⁹ im- munitatē ledit. Et sic omne sacrilegū videtur casus ep̄iscopalū. Quint⁹ for- tilegi et diuinatores. xxvi. q. i. c. i. et not. Panor. in. c. i. de sorti. q̄ sortilegia om- nino prohibentur: sive fiant p̄ invoca- tionem demonum sive fiant in codicib⁹: sicut faciunt pleriqz dñtes versus psalterij: et faciunt illud voluere: sive fi- ant in tabulis: q̄ fiant ibi qdā pun- cta. Item dicit q̄ omnis diuinatio in quacqz re prohibita est: et exercentes sortilegia et diuinatiōes sunt infames et repelluntur a testimonio et ab accu- satione. i*ij*. q. v. p̄stitutimus. et i*ij*. q. vi*ij*. quisquis. Itē prohibiti est subiucere se fortune p̄ brevia vel ludēdo cum taxil- lis. vt extra de sorti. c. fi. de hac mā v̄d j. sortilegium. Et nota fm̄ Pe. de pal. q̄ ista reseruatio casuiz ep̄iscopalū est de actibus exteritoribus cui⁹ effectū et non de interioribus: vnde si quis de- siderauit vel quesuit occidere hoīem illud homicidium co:dis nō est de ca- sibus reseruatis ep̄iscopalib⁹. Sic et idē Pe. q̄ incestus qui committitur a p̄ne- ris qui non habent v̄sum rationis nō est de reseruatis. Ep̄scopis: quia non per hoc tollitur virginitas nec causa- tur affinitas. hoc pe. Quero a quibus casibus possunt et absoluere fratres p̄mlegiati. p̄ cle. du- dum de sepul. et videtur dicendum q̄ ordinarij possint sibi retinere quo ad p̄ dictos solum casus de iure sibi reserua- tos. Et hoc patet per. d. cle. dudum. in h. per huiusmodi. vbi dicitur. per hu- iusmodi autē p̄cessione nequaqz inten- dumus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestatez i hoc im- pendere ampliorē: q̄ in eo curatis seu pochialib⁹ sacerdotib⁹ ē a iure p̄cessia hec ibi. Et no. ibi a iure cōcessia et p̄co

Sequens exceptis casib⁹ de iure: predicti
fratres ab oībus alijs absoluere pñt b
idē t⁹ Pa.in.c.fi.ne cle.vel mo.vbi po
nit qōnem gl.in.d.cle.dudū .i. an epo
restrigente p̄tātē pochialū videat p
qñtia restricta ptas fratrt⁹ et determinat
ib⁹ gl.⁹ sic. S⁹ Pa.i⁹ oppositū p ver
ba illius cle. vbi Papa dat p̄tātē fratri
bus tantā q̄stā est a iure cōcessa curatis
sacerdotibus: vnde pondera s̄bū iure
et tps pcessiōis. Venit ergo oēs casus
pter illos quos ius specialiter reserua
uit ep̄s. Papa autē nō habuit ibi respe
ctū ad constitutiones epoꝝ que varian
tur b⁹ loca et tpa: et i scō p̄sistit. ar. de
qst.i.li.vi.idē t⁹ dir. nec p̄suetudo q̄
ep̄s alijs cāus resuat: dict⁹ s̄rib⁹ p̄i
dicat. cū p̄suetudes p̄dicit⁹ h̄rie penit⁹
reuocetur p.d.cle.dudū.i.⁹.nos eteniz

5 Quid agēdū cū q̄s h⁹ aliqua pcā a
quibus ille q̄ p̄fitetur nō p̄t absoluere
⁹. fīm Tho. Sacerdos nō absoluunt ali
quē nisi q̄ diminutus creditur absoluere.
S⁹ postq̄ a deo ē absoluere: tenet adhuc
ecclie p̄fiteri: et q̄ disp̄satio' absolutio
nis nō est tota cōmissa minorit tenetur
totū confiteri ei. et ipse d⁹ absoluere ab
his a qbus p̄t: deinde tenetur remitte
re etū ad supiorē de residuo absoluendū
et talis superior oboluēs p̄ficit et
cōfirmat qđ ceptū erat et sic dicitur ea
dem cōfessio. nec dimidiata.

6 Utz sacerdos absoluēs aliquē de
facto a peccatis a qbus nō p̄t etū absolu
ere de iure peccet mortalr. ⁹. b⁹ Ri.
in.iiij.di.xviii.⁹ absoluēs: aut hoc fa
cit ex ignorantia iuris: aut sciens ius
quo hoc facere sibi nō b⁹. Si scđo mō
et ex dliberatōe hoc faciat peccat mor
taliter. Si autem hoc facit ex ignoran
tia iuris. et si est affectata adhuc pec
cat mortaliter. si autem est ignorantia
crassa: adhuc mortaliter peccat. Sacer
dotibus enī officiū suū ignorare non
licet. De sic autem absoluente et abso
luto talis absolutiōi insitenti nisi p igno
ratiā in inūnciblē seu pbabilez excu
sentur dici p̄t. Si cecus ceco et nec il
le p ignoratiā excusat: qui magis sol

llicitus est q̄rere q̄ filium pro emptione
vnus equi vel vnius bone robe q̄ p
salute anime sue.

7 Quid at de p̄fessore ger vecādie v⁹
festinatōe v⁹ ex ignorātia absoluuit vbi
nō potuit: et cōfessor postea exp̄it se er
ras se nōgd tñr hoc penitēti dicere. ⁹.
ar. f. i. sc̄. q̄ secularis excusat⁹ ē et coraz
deo absoluere iterim q̄ nescit: b⁹ p̄fessor
nō qđ ergo faciet. collatio sunt facta de
hoc cū multis nō bilis doc. theologie
in q̄ filio basiliēsi. qđ dixit d⁹ au
ctoritatē a supiori ipetrare. et si sine ma
gno scādalo fieri p̄t vocare nō abso
luti et sibi dicere: ac etū absoluere post
auditū i cōfessiōe vel si magnū scādalo
timereb⁹ absoluere: siab vltia p̄fes
sione sperat ee adhuc i gfa. Aut et alijs
placuit si magnū timereb⁹ et notabile
scādalo lūmo sacerdoti deo q̄mutat
pniaz solā q̄ digna sacerdos p negligē
tiā agēs p̄fiteri qñ multitudo sic ē ne
glecta vel multi eoz multū distat a lo
co vbi residet confessor.

8 Quid ē sentiēdū de illo q̄ p̄fiterit et
cōfessor etū nō intelligit aut ex dormitōe
vel imperitia lingue aut ex distractio
ne nimia v⁹ h̄mōi. ⁹. b⁹ archi. f. b⁹ Jo.
de catabrig. antiquū doc. q̄ sacrālis ab
solutio p̄exigit p̄fessionē. p̄fessio v̄o im
portatoris reuelationē qđ nō p̄t ee si
ne relatōe vni⁹ et p̄ceptōe alteri⁹. cū er
go alterz istoz. s. p̄ceptio sacerdotis de
ficiat in cāu predicto credo de illo p̄cō
nō esse p̄fessionē et p̄ sequens nec im
pendi absolutionem.

9 Utz sacerdos pochialis teneat au
dire p̄fessiōes suoz pochianoz quotiēs
cūq̄ voluerint eodē anno p̄fiteri. ⁹. b⁹
ri.i.iiij.di.xviii.⁹ de necessitate nō te
neatur ordinare sacerdos audire p̄fessio
nes suoz pochianoz: nisi qñ illi de ne
cessitate tenetur p̄fiteri: qđ est semel in
anno et qñ sūt in infirmitate graui cō
stituti vel iūinet eis piculum mortis.
si tñ pluries voluerint cōfiteri et sacer
dos curatus eos absoluere noluerit tñ
libere possunt subditū alij sacerdotem
adit et eidē p̄fiteri et ille p̄t eos absoluē

nisi prius eorum sacerdos q[uod] eos audire
holuit ad aliquem determinatum sacerdotem
illos misserit q[uod] si audire non vult eos
nec ad aliquem sacerdotem mutere impli-
cite iniuntur: ut illa vice perfiteat cuicunq[ue]
sacerdoti voluerint.

10 *Quid si perfites sit excusat[ur] et non
possit absoluiri a suo confessore a deo excusi-
onis nomine n[on]g[ra]d[er] absoluere eti[am] a peccatis.* Et
quod dicunt ut resertum R[ecordato]ri anglicus in suo
quolibet. q[uod] si non stat per ipsum penitentem
quoniam absoluatur: nec est in mora petenda ab
solutiōnē: nec timet q[uod] negligenter fiat
ad petendū absolutionē poterit eti[am] con-
fessor absolvire a peccatis et hoc ipsius
est R[ecordato]ri sed h[ab]et hoc arguit idem R[ecordato]ri. q[uod] ceterum
per excusat[ion]ē presertim maiori q[uod] sit
puatus participatione sacerdoti: non videtur
quod excommunicatio possit absolutiōnē b[ea]ni-
cium imparari. l[et]z. n. in contritione ois
culpa dimittatur: non tamen omnis pena. Q[uod]
sigis excommunicatio separat a participatione
sacramētorum non videtur quod excommunicatio
possit esse capax virtutis alicuius
sacramenti. sicut est de baptismo q[uod] est
sancta sacerdotio. q[uod] igit[ur] virtute absolutio
nis sacratalis aliqd tamen pena ipsius dimitti-
tur: in qua virtute contritionis committata est
eterna: non appetit quod excommunicatio
possit ab efficiat ois sancti possit illud b[ea]ni-
ficium recipere. Idem est R[ecordato]ri. in. iiii. d[icitu]r. xviiij.
ar. viij. q. liij. vbi dicit q[uod] siue excusat[ur]
sit iuste siue iniuste: dum tamen teneat ex-
communicatio: siue stet per eum q[uod] non est ab excusat[ion]ē
absolutus siue non: q[uod] non potest a sa-
cerdote absoluiri a peccatis excusat[ion]ē
manente: q[uod] manifestum est de illo q[uod] iuste
est excusat[ur] et stat per eum tecum. q[uod] talis ac-
tu est in peccato mortali. de eo autem q[uod] iuste est
excusat[ur]: aut iuste: sed per eum non stat q[uod]
non ab solvatur est magis dubium: tamen cre-
dit q[uod] est tales a peccatis si possint ab
solvi ab ho[mo]ne quis absolvantur: si re-
re penitentia in iudicio dei. decretū. n. ex-
communicatio que est optima legū inter
pres sic obseruat ut tales non absoluantur:
q[uod] presumēdū est: ut in plurib[us] q[uod] iuste
excusat[ion]ē fuerint: et q[uod] nisi per eos ita-
ret ab excusat[ion]ē absoluuerint: excusat[ion]

tus est minori excusat[ion]ē non potest absol-
vi a peccatis excusat[ion]ē manente q[uod]
ut habet in. c. si celebrat de cle. ex. m[od]i.
talis a perceptione sacerdotio est puatus hoc
R[ecordato]ri. Ex quibus dictis clare apparet q[uod] ex
excusat[ur] siue iuste siue iniuste: siue stat per
eum siue non: q[uod] non potest absoluiri a peccatis
excusat[ion]ē manente. non est illa dictionē
est: q[uod] est dictio implicativa per quam perdu-
cit h[ab]et R[ecordato]ri. q[uod] tamen excusat[ur] maior[er] q[uod] me-
nor[er] non potest absoluiri a peccatis tecum. q[uod]
iuste est puatus participatione sacra-
mentorum passiuia. nec valet quod dicitur a quibus
dā q[uod] verē est propletive non aut initiativa:
ad hoc dico q[uod] ista distinctione nullo iure
probatur. sed dico quod cetero q[uod] iste posset ab-
solvi a peccatis excusat[ion]ē manente. non
est dubium quoniam iste esset princeps sacerdoti pe-
nitentie propletive et profecte. Ibi enim ades-
sent oia essentia regula ad sacerdotem p[ro]movere
ut per p[ro]theologos i. iiii. d[icitu]r. xiiij. nec co-
tritio nec bona dispositiōn[is] perfidentis aliqd fa-
cit ad hoc: quinimum. etiam si esset optimus et summa
et contritus: adhuc excusat[ion]ē manente non posset absoluiri a pecca-
tis ut dictum est. Et hoc p[ro]uenit ex na-
tura ipsius excusat[ion]ē que est tante
malitiae et non nisi ea remota quo
ad ecclesiā remitti non potest peccata. et tamen
hoc ut casus in. c. a nobis. el. ii. d[icitu]r. sen.
excusat[ur]. vbi habet q[uod] licet quoniam sit deo recō-
ciliatus per contritionē: necesse est tamen ut
postmodum recōcilietur ecclie: q[uod] recōcilia-
tio nullo modo fieri potest regulariter nisi
per confessionē et absolutionē prius a
censura si qua erat. Nec ob. q[uod] dicitur.
q[uod] excusat[ur] plurib[us] excusat[ionib[us]] per
absoluiri ab una altera manente. ex de-
sen. ex. ceterum per eum ergo est princeps sacer-
dotii dico q[uod] hoc ar. non valet: q[uod] licet
sit princeps absolutionis ab excusat[ion]ē
non tamen est princeps absolutionis a
peccatis et per sequentes non est princeps sa-
cerdotii. absolutionis autem ab excusat[ion]ē
tam major[er] h[ab]et minori non est sacerdoti: ut
plene probatur: Absolution. i. h. liij. In fin.
Itē absoluō ab excusat[ion]ē respicit se[nsu]m
extrinsecū: et sic potest absoluiri. Absoluō
autem a peccatis requirit formam in tripli-

secū & penitētē. & sic nō pōt absolui a peccatis exēdicatione manēte. Imo. Inno. i cle. religiosi. d priu. dicit q̄ si quis scienter admittit exēdicationē nō ab solutionē ad sacrūm penitētē incurrit exēdicationē mīnorez ex principio. Et multi p̄fessores nō ignari solēt exēdicationē p̄ prius absoluere si p̄nt asicq̄ euz audiāt de peccatis. & hoc v̄r laudabile. hāc ēt opinionē tenet Tho. in. iiiij. Idē Pe. de palu. Idē in sum. confessio rū. Idem Hugo de castronou. in. liij. Idē Jo. de noto. i. liij. Idē Jacobus de laude. Idē oēs theologi tractantes. de hac mā. Itē oēs canoniste trāseunt tā hac opinione. tenent enī oēs indifferenter p. d. c. si celebrat: q̄ exēdicator est minori est priuāt participatione sacramētōp passima. Idē tenēt oēs sumiſte preter Rod. Et monal. addit q̄ lī alia opinio sit benignior: tñ ista est se curior. & hoc h̄z p̄suētudo generalis b̄z Rī. & Monal. & vt vides q̄si oēs sunt pro ista opinionē & iō tenēda. Primo q̄ est tuissima & verissima: ac sine p̄tculo tā quo ad p̄fessores. q̄ penitentes fo ista ē rōabilissima q̄ fūdata sup iure & optima ac efficacissima rōne. & ēt tertio q̄ ista oēs doctores & Theologos p se habet: & sumistas.

ii **C**Quid si vñus audit p̄fessionē: sicut faciebant aliquid famili monachi scientes q̄ absoluere nō poterant: remittebant curato: vt absoluueret de casibus quos nō audierat. & directoria q̄ hoc fieri non potest.

ii **C**Quero pone q̄ duop̄ p̄sbyteroz: quoz vterq; est p̄sbyter insolitus eiusdē pochies vn̄ a casu vel a p̄posito audiit p̄fessionē alicui pochiani sui p̄fite tis socio suō q̄ morti facta p̄fessio an teq; absoluat penitentes nūq; ille q̄ sic audiuit ei p̄fessionē poterit eū absoluere. & q̄ nō. Ad sacrūm. n. p̄nse necessaria ē intēto: & ex pte p̄ficitis: & ex pte absoluētis. cuz ergo p̄fiteris vni nullo modo intendat p̄fiteri alteri: alter nullo modo potest euz absoluere vel ligare p̄o confessione facta alteri.

CSi ep̄smittit vicario suo vel aste rū: & in mādato aliqd exp̄ssit de his q̄ regrunt spāle mādatū secuta generali clausula: & oīa alia q̄ p̄ nos possumus. Et si mādatū exigit speciale fm. No. satis v̄r q̄ talis ēt possit spālia ad istar p̄curatoris. sec^o si de specialib^o nō suis set ibi aliqd exp̄ssū per regulā in generali. de reg. iur. li. vi. & per. c. ii. de pe. & re. eo. li. qd tñ v̄r intelligēdū q̄sum est de virtute verbōp̄ & in foro cōtentioso nā in foro p̄ficiē si aliter p̄staret de intētione p̄fereūtis auctoritatēm. q̄. i. ille in tenderit hoc ēt si nō expressisset aliqd in generali concessionē intelligerentur specialia. xxij. q. v. Humane aures. Et hoc idem dici pōt de auctoritate data ab ep̄o p̄fessorib^o: q̄ dicēdo do vobis auctoritatēm meā in confessionib^o & nō intelligitur ppter hoc cōcessisse casus suos: nisi aliter p̄staret: q̄ per hec verba generalia intendat casus suos cōcedere. Sed dicēdo istuz vel illuz & omnes alios meos casus tūc intelligit totū dedisse. Itē no. b̄z Ar. flo. q̄ ex h̄z q̄ papa daret aliquid lniam q̄ possitibi eligere quēcūq̄ ēt religiosuz pro audiendo p̄fessiones vel pro p̄dicatiōe tñ hoc nō pōt sine lnia suorū prelatoz ex de iude. q̄ sit. Si tñ in dicto cāu audiēt religiosus cōfessionē sine lnia sui prelati simpliciter teneret absoluētio: ita q̄ non esset reiteranda talis cōfessio h̄z malefaceret. Idē Pe. de palu.

CUtp̄ officialis epi habeat auctoritatem in p̄suis casuū episcopaliū. &. fm. No. q̄ non nisi exp̄sse pateat q̄ hoc voluerit ep̄s. Et si h̄z: & nō est sacerdos b̄z alteri delegare. & fm. Pa. in cle. i. de priu. iste officialis epi h̄z solū jurisdictionem in foro contentiosō: nec b̄z se impēdire in spūalibus. vi. in. c. lī de offi. vi. li. vi. hoc intellige. vt dictum est: nisi aliud ex ḡfa habuerit ab ep̄o. Secus tñ videt dicendum de vicario generali episcopi in spiritualib^o. exp̄ientia teste. & de h̄is vicariis: vide infra. c. vicariis.

CIn articulo mortis qib^o sacerdoti h̄s

bus de oībus peccatis & sententiis cōceditur absolutio. vide. s. de hoc diffusione Absolutio. i. h. xxxi.

16. Quid si aliq̄s excōicatus in quo in dicta fuerūt pnie manifesta: nec per eū stetit quominus recōciliaretur: nō suscepito beneficio absolutionis decessit an p absoluto ab ecclesia sit habēdus. q̄ tali defūcio beneficii absolutōis impēdatur: sic tñ vt illius mortui absolutionio a sede ap̄lia requiratur. q̄ cū vñueret ab ea fuerat absoluendus.

Confessor. ij. De eius scia. Tria sūm al. debent esse in confessore. s. scia discernēdi inter peccata. inquisitio de eis cauca & discreta pnie seu satissimōis injunctio. nec sacerdos tenetur scire discernere nisi in cōi. que. s. sint capitalia & que mortalia cōia. & que venialla ex genere & sciens hoc sufficiens reputat p̄ ip̄is huius necessitate ad cōfessōes audiendas. Est tamen periculosis audire confessiones nō habēti p̄petente noticiā casiuūz pape. & ep̄oz vt in cle. religiosi. de priuile. Quo vero ad causas ep̄ales sinodales vel archiepisco-pales nō sic tenet scire sūm dīr. li. iij. ti. ij. vbi dicit q̄ religiosus p̄babilit̄ p̄ ignorare talia statuta. quia in facto cōsistat. & marie cū talis nō teneat ire ad ocilia ep̄alia: l' archiep̄alia. Iō excusat h̄z. h̄z. ad hoc etiā foris obligatur q̄ se offert sponte talii officio. vel se ingredit. Talis. n. tenetur de omni exacta diligētia. ar. s. depo. l. i. h. sepe. vbi dī q̄ qui obtulit se deposito tenetur et de leuissima culpa vbi alias nō teneretur nisi de dolo & lata culpa. qui at nō in gerit se. sed regisitus exercet ex caritate satis videtur q̄ nō teneatur nisi in qua tum scit vel pot̄ mode scire & quia h̄ agitur ad merā utilitatem alterius. sicut de deposito. Si quis vero confessor dubitat de sua cōpetenti peritia p̄scientiam seu experientiam. vel etiam dubitat si aliud peritior reperiatur qui hoc possit & velit. excusatur obediētia prelati. xxij. q. i. quid culpa. Item in confessore requisit p̄scientia magis q̄

scientia. de pe. di. vi. qui. vult & ideo existens in mortali audiendo confessōnes mortaliter peccat. secundum quosdam. Nam secunduz Tho. & Alex. existens in mortali quandocunq; in alio quo actu exhibet se vt ministruz ecclēsie mortaliter peccat. & totiens mortaliter peccat quotiens huiusmodi actuz facit. hoc tamen intellige nisi in tali actu salem conteratur. Secus tamen in sacramento Eucharistie vbi ultra contritionem requiritur confessio regulariter quo ad suscipientem. Idem posset dici in suscipiente alia sacramēta vt sufficiat contrito. in administrante autem huiusmodi sacramenta cum Solemnitate fore aliud est dicendum.

C Sed an possit fieri cōfessō exūti in peccato mortali. s. h̄z Tho. q̄ l̄z subditus teneatur recipere sacramenta a ministro ecclēsie: etiam exūti in mortali quousq; ab ecclēsia tolleratur: q̄ ad huc ei obligatur: tamen excepto casu necessitatis nō foret tutum h̄m̄l inducere ad executionem aliquis spectans ad suum ordinem: durante. p̄scientia q̄ dictus minister sit in mortali: quam conscientiam potest deponere: q̄ in instanti potest ex divina gratia se emendare. tamen hoc modificatuz est per constitutionem basiliensem. q̄ habes infra excōicatio. vi. h. xlitiij.

C An interrogaciones sint faciende in confessione. s. sūm Rai. q̄ sic dummodo discrete fiant. de pe. di. v. c. i. & di. vi. qui vult. Et debent interrogatiōes esse p̄ncipaliter de. viij. vicis capitalibus: de articulis fidei de p̄ceptis de cōlogi. de sacramentis ecclēsie & de circūstantiis eorum que sunt. qui quid: vbi: per quos: quotienscur: quō: qñ & si confessō seit vel habet p̄babilem opinionem de aliquibus peccatis q̄ penitens non confitetur debet ei ad memoriā reducere: quia timere potest q̄ cōfitēs super h̄ labore crassa ignorātia vel q̄ d̄ adhibuerit debiā diligētiam.

Additio. An autēz confessō sei-

roabili omittens interrogaciones ne
cessario fiendas peccat mortaliter. ut q
sic q; confessio circa 2fite tenet facere
ex pcepto caritatis ea q; vellz sibi fieri
ronabiliter penitentia ad necessitatē sa
luti: alii puaricat illis pceptis. Diliges
primum sicut te ipsum. Sed certe ista
doctrina ut nimis dura. confessio n. q; nō
se ingredit. sed requisitus exercet tale of
ficiū ex caritate et obedientia: nō plus
tenetq; in depositoputa nisi de dolo
et lata culpa: q; hic agit ad merā utili
tatem alteri. sic ergo confessio ex negligen
tia pueniente et scienter et voluntarie ex
culpa nō solū levissima: s; et leui non
tenebitur et iō nō peccabit mortaliter.
nec ob. qd dicit q; ex pcepto caritatis
confessio tenet ea facere q; vellet sibi fieri.
q; dico q; ista nō cōcludit eē 2 illis
pceptis. diliges primum sicut te ipsum
nā sm. S. Bo. in. iij. dī. xxix. ar. i. q. iii.
illa dictio sicut. nō est nota pfecte equa
litatis sine pmentationis: s; exp̄sse simi
litudinis: q; in hoc antēdī q; homo dī
diligere primum ad illis bonū ad qd di
ligit seip̄sū. et post salutē ppriam nihil
tm dī desiderare sicut salutem alienaz.
sicut habes. s. c. caritas. s. iij. sic ergo
ex eius dictis habes q; ista dilectio ad
proximum magis attenditur quo ad
affectionem: q; ad effectum. alii totus mun
dus esset in statu damnationis. Finis.

4. **C**Sed quid si confessori occurrit ali
quid de quo dubitat quid agere debe
at. **R.** consulat peritos.

5. **C**Quid si sacerdos habeat aliquos
pochianos surdos cecos mutos: vel
furiosos: vel demoniacos et similes:
q; scit eē in peccato mortali: qd faci
et. **R.** s; Rai. dī facere posse sūt ut in
ducat eos ad penitentiā: q; ē possibi
le. q; si nō pōt: oret et faciet orari p; eis

6. **C**Utrū sacerdos possit absoluere illā
cū qua peccauit. **R.** sm. s; v. n. dī: q; tol
lit erubescētia. si tñ absolvit: iz absolu
tio. nec obstat q; ep̄s nō pōt dispensa
re in simonia cū eo pmissa: q; dispen
satio est dignitatis: absolucionis necessita
tis. et ideo non tam facile amittit quis

potestatē absolucionis sicut disp̄sandi.
CUtrū sacerdos dēat pmo absoluere
q; pniaz iponere dic sm glo. in cle. du
duz de sepul. q; pmo audiat confessio fo
iponat pnia. Tertio fiat absolutio. nō
ergo pcedat absolutio ipositionē pniez
ut sic absolutionē pcedat p̄tatio cor
dis: confessio oris: satisatio opis salte in
pposi. hec ibi. et hoc reguli fidū. Si
tñ q; post absoluōtōz anīz diuertat ad
exneos actū iponeret pniaz. posset ex
cusari. nā qd sit incōtinenti. ut in esse.
COnfirmatio electorū an sit de ne
cessitate petenda. **R.** q; sic de iure
cōl: ita q; electus ad regimē cuiuscūz
ecclie: aut religionis: si administratiōi
dignitatis se ingesserit ante confirmationē.
sue tanq; prelatus vel procurator
aut iconomus aut alto nouo q̄sito co
lore: in spiritualibus aut temporalib;
per se vel alium in totū vel in partem
ante confirmationē ipso facto p̄matur
omni iure quod per electionem in ipa
dignitate hēbat. c. auaricie. de elec. li.
vij. fallit hoc in casu qñ abbatissa ele
cta a minori pte: nō tñ a duabus par
tibus impugnat ne p̄firmari: q; iteri
potest administrare. c. indemnitatib;
q; si vero. de ele. li. vi. Item fallit qñ p
firmatio a papa est petenda. et electus
est valde remoto scilicet ultra italiā.
tunc bene potest administrare in tem
poralibus et spiritualibus ante confir
mationem: excepto q; nullā alienatio
nez facere potest: ut in. c. nihil. de elec.
Quod verum credo quando non est
in mora perende confirmationis alias
habebit locū pena. d. c. auaricie. Et qd
dicit tex. de ultramontano: credo ha
beat locum in citramontano: quando
cura esset ultra montes: ut tenet Ho.
et Jo. an. in. d. c. nihil secus esset si ha
beret per p̄mlegium ut fratres mi
nores qui habent q; electus generali
statim potest administrare.
CUtrū predicta habeat locū i ep̄o. **R.** I
Be. in. d. c. auaricie post Jo. an. q; sic.
CUtrum habeat locum dicta pena in. 2
ipatore. **R.** Hu. et Jo. i. c. legim. xcij.

t.c.si de elec.lib.vi.cū ibi notatis.

C Sed nungd si electus administrat 6

post confirmationē nullā cadat in pe-

nā de qua. s.in pñ. & gl.tn.d.c.f.

q̄ si errauit in facto: puta credidit factā vo-

cationē & discussionē: & sic nō cadit. s̄

excusat. s̄ si errauit i iure n̄ excusat a-

dīcta pēa. d̄ re.in ignorātiā li.vi.cū ḡco

C Utz dicta nullitas cōfirmatiōis ha 7

beat locū tn postulatiōe. & gl.i.d.c.f.

q̄ sic.cū sit eadē rō qd̄ v̄p̄ putat in

admissiōe postulatiōis q̄ fit a supiore

illo q̄ postulatiō admittendū cōfirmat

secus i eo q̄ postula t̄ a plato suo vt mo-

nachus electus in ep̄z ab abbate: qr in

eo nō fiet vocatio: & idē in p̄ntatiōe vt

etiam ille cui fit p̄ntatio seruare tenea-

tur hanc decre. & sic seruatur.

C Utz sit seruātū qd̄ dcīn ē in. h.ij. 8

precedēti in oībus bñficijs ēt simplicib̄

& ge.in.d.c.f. q̄ sic siue hēant curam

aiap siue nō: qr cū in oī bñficio regrat

examinatio & cōfirmatio electi seu pñ-

tati: seu postulati sm̄ Jo.an.post Ho.

in.c.proposuit de concec.pre.ergo ser-

uanda sunt predicta.

C Utz in hospitali silr. & vbl.s. 9

q̄ sic si datur bñficiū p̄ viā p̄ntationis

vel electionis. secus qñ nō datur in bñfi-

cū: qr tunc fit cōmissio nō electio: vel

collatio seu p̄ntatio. vt in cle. qr contin-

git derelig. do.

C Utz platus superior possit cōfirmare 10

sine caplo: & gl.i.c.qm̄ de elec.li. vi.

q̄ archi. ibi post opl.recitatas t̄z q̄ nō

valet cōfirmatio: si i absita capli fiat.

Et hoc vernz nisi consuetudo ecclesie

haberet contrarium: qr sic valeret con-

firmatio de cōsue.c.nō est li.vi.

C Quo aut̄ tpe debet fieri cōsecratio 11

nes ep̄op: & archiepoz: Bic q̄ vlt̄

tres mēses post electionē & cōfirmatio-

ne differri nō debet: nisi necessitas ali-

ud siadeat.lxxv.di.qm̄ quidam.

C A quo d̄z cōsecuri archieps. & ab 12

oib̄ suffraganeis suis q̄ tūc ad metro-

politana eccliam sunt vocādi. de tēpo.

ordi. si archieps: & cū cōsensu p̄matig

c.placet.lxv.di. Ita q̄ sine eo nō reci-

bt. q̄ nō idē t̄z gl.i.cle. vñica. de iure in-
ctioñ exercere imperij.

3 **C** Qñ d̄z peti cōfirmatio. & q̄. j. tres
mēses post prestitū cōsensu: aliter ltio
cessante spedimēto si nō petat vel ab
electorib̄ v̄l ab ep̄o electo: v̄l ab alio
p̄ ipso electio ē nulla.c. q̄ sit de elec. li.
vi. in cathedralib̄ & regularib̄ ec-
clīs q̄rū cōfirmatō a papa ē petēda sua
moderatōez.c. cupiētes.de elec.lib.vi.

4 **C** A quo d̄z peti cōfirmatio. & q̄ si ele-
ctus ē exēptus d̄z peti a papa: v̄l ab ei
legato de latere si ē aligs sup illa p̄vin-
cia vt in.c.f. abbate. de elec.li.vi. itelli-
ge qñ talis exēptus subest imēdiate pa-
pe. sec̄ si imēdiate vt sūt p̄nicipiales mi-
nistrī ordīs mioz q̄ q̄uis sūt exēpti:
tñ hñt sup se gñiale totius ordīs a quo
hñt cōfirmari. pa. tñ in.c.f. de sup. ne-
pre. t̄z q̄ abbates ēt exēpti sūt p̄ ep̄os
cōfirmādi. si ast̄ nō sūt exēpti dñt con-
firmari p̄ suos platos imēdiatos supio-
res v̄puta. ep̄s inferiores suos archi-
ep̄s ep̄os suffraganeos suos p̄mias v̄l
patriarcha archiepos nō exēptos. hec
colligātur. ex.c.cū monasteriū. & ex.c.
cū d̄lecti. & c. bone memori.e. l. de elec.
cū ibi notatis. & lxxij.di. illud.

5 **C** Quo d̄z fieri confirmatio a supiore
v̄l ab eo cui de iure cōi siue spāli puta
privilegio v̄l cōfuetudine p̄scripta. siue
ex delegatō cōfirmatio p̄tinet. & q̄ d̄z
vocari nosatiz si ē aligs coelect̄ simul
cū eo. v̄l appet aligs oppositor. als
gñali in ecclia in q̄ d̄z tal p̄esse voca-
tio d̄z fieri vt sig sūt q̄ se velint oppo-
nere cōpareat assignato termō p̄p̄to-
rio. & si nullus appet d̄z ip̄e cōfirma-
tor diligēter examiare & electiōis p̄ces-
sum & p̄sonā electi. maxie i scia & hōe-
state vite & etate. qr si idignū cōfirmat
v̄l etatis illegit̄ mortali peccat. Et ē
p̄uanus ip̄o iure p̄tate cōfirmādi p̄mī
successore illius & cōfirmatio ip̄o iure
est nulla. qñ nō vocat̄ q̄ sūt vocādi. si
est aligs coelectus. vel alius q̄ velit op-
ponere & electu v̄l electiōez & n̄ discus-
so negocio sit. hec hñt ex.d.c. nihil

pt executionem consecratus. vt notat
Inno.in.c.nec ep̄i.de temp.or.

13 **C** Quis p̄secrebit ep̄m. s̄. si est exem
ptus p̄secrebit a papā: vel de eius mā
dato. Si vō nō est exceptus: archieps
cū duobus pr̄vincialibus ep̄is: aut tres
cōprovincialēs ep̄i t̄ iussu archiep̄i: ita
tū q̄ dēs ep̄i cōprovincialēs sunt per
ep̄lam regredi ut p̄sentiāt. vt in.d.c.
nec ep̄i. vbi dicit Inno. q̄ si alius ipso
rū cōprovincialit̄ p̄tenat in p̄securatiō
archiep̄i vñ ep̄i q̄ poterit agere ut pri
uei executiōe officij. Sicut in elec. agit
vt casetur de elec. q̄ sicut. t̄ etiā graui
or p̄nia sibi poterit iponi.

14 **C** Quo die debet p̄securari pdicti. s̄.
q̄ die dñsico hora tertiarū. li.di. q̄ i ali
quo. lxxv. di. q̄ dic. t̄. c. ordinationes.

15 **C** Quo dñ fieri: vide in.d.c. ordinatio
nes: s̄ melius in eoz pastorali. t̄ qd sit
de substātia notatur. in.d.c. ordinatio
nes. t̄. lxxv. vi. in summa.

16 **C** Patriarcha aut̄ t̄ p̄mas. ac cardia
les credo q̄ a papa sunt p̄securāti vñ de
eius mādato t̄ nō ab alio ar.c. pudē
da. t̄ qd ibi no. xxiiij. q.i. dicit etiā pa.
in.c. meminimus. d acca. q̄ glibet pre
latus p̄firmatus a papa nō p̄t bñ dici
seu p̄securari p̄ inferiorē nō de lnia pa
pe: vt in.c. cū in distribuendis de tēp.
or. n̄si p̄suētudo aliud hēat. Papa ve
ro cōsecurari dñ ab ep̄o hostiē. xxi. di.
in nomine domini.

17 **C** In quo loco sunt pdicti p̄secrandi:
s̄. q̄ archieps i sua metropolitana ec
clia vt i.d.c. si archieps. aly at vbi pla
cuerit ad quē p̄tinet p̄securāti. li. di. c. fi.

Onfirmatio sacri. vñ sacri p̄fir
matiōis sit de necessitate salutis: s̄.
fm Rī. in. iij. di. vij. q̄ suscep̄tio sacri
p̄firmaōis p̄missio baptizatis nō ē ne
cessaria ad salutē: sic intelligendo q̄ si
ne eius suscep̄tio saluari nō possint. sic
ēt loquēdo de necessario nō est necessa
ria p̄ se adultis huīus sacri suscep̄tio:
q̄ huīis eis valeat ad maiorē victorie p
fectionē. p̄ceptus tū huīus sacri i adul
tis n̄si peniteat ē dñabilis. tūc aut̄ cō
teptores reputati dñi q̄n habita bōa t

sufficienti oportunitate suscip̄ēdi hoc
sacri: ipsum suscip̄ere renuūt ac nota
biliter negligunt.

C Que sunt de substātia p̄firmatiōis. I
s̄. b̄. pe. q̄nq̄. duo ex p̄te ipsius sacri
s. mā crismatis t̄ forma vñbōx. duo ex
p̄te mistri. s. dignitas pontificalis t̄ in
tentio. vñc ex p̄te suscip̄ētis. s. q̄ cris
met in fronte: nā q̄ in p̄firmatiōe p̄ser
tur audacia sp̄tialis evidētius fit in frō
te. crisma aut̄ dñ oleū cum balsamo ab
ep̄o sanctificatum.

C Quis est minister confirmationis. s̄. 2
solus ep̄s d̄ p̄se. di. v. manus. t̄. c. nouis
sume. t̄. c. ieiuniū.

C S̄ nungd papa p̄t cōmittere alteri. 3
s̄. pa. in. c. q̄to de p̄sue. dicit q̄ nō so
lū sacerdotib⁹: s̄ et simplici clero dñ
mō hēat istud sacrā p̄t cōmittere. Et in
hac opione residet glo. in. d. c. q̄to
aliquā tū dicūt q̄ et laico p̄t hoc papa
demandare: dñmō laicus recepit istud
sacri. t̄ hāc op̄i. vñ approbare. gl. in
d. c. manus. In eo q̄ apponit regulam
dicēs q̄ ex delegatiōe pape glibet p̄t
p̄ferre sacri qd ip̄e recepit. t̄ sic laico
h̄nti h̄mōi sacri papa cōmittere pos
set. coi: tū opinio vñ vt laico hoc de
mandare nō possit: q̄ ex hoc denigra
retur status ecclesie: quod papa facere
nō p̄t. i. q. viij. t̄ si illa.

C S̄ dubiū est qd in collatione ordi
num gl. in. d. c. manus vñ velle idē qd
dictū est de p̄firmatiōe. sed collec. dicit
q̄ collationē minorū ordinū possit pa
pa delegare simplici sacerdoti secus in
collatione sacrā. q̄ sacri ordines h̄nt
actus t̄ exercitiū in p̄fectiōe eucha
ristie. nam vt dicit glo. in. c. p̄nenit. xcv.
di. nō p̄t papa cōmittere nō sacerdo
ti vt p̄ficiat corpus xp̄i: q̄ xp̄s hoc cō
misit solis presbyteris: id idē dicendū
in p̄posito: vt sicut in p̄fectione eucha
ristie papa nō disponit t̄ dispōnē xp̄i.
Ita nec in inordinatiōe missis ipsius
sacri. s̄ pa. putat vt sacerdoti hoc pos
sit delegare idicētē: q̄: s̄ de sacro eu
chartiū sit dispositū iūniticē dñica
q̄ hēat illud administrare: hoc in nō est

cum extra de sen. ex. universitatis.

C S; qritur pslupposita validitate de legatiōis: si delegās postea phibet: nū qd iprīmā caracter ex sacro h̄ito ē in terdictū delegāus: Bic q aut phibitio h̄nti ptatē h̄mōi fit als ex delegatione et tūc gl. dicit et bñ q post phibitionē nihil qserit et idē t̄z gl. i. d. c. man⁹. et est cōis opio. et pbaf tōne q sublata ptā te delegata nulla ptās remanet in ipso delegato. vt i. c. sup qdntū de offi. dele.

C S; dubiū ē: qd si phibitio fiat epo p romanū pōtificē: nūqd qficeret sc̄z post phibitionē. Inno. refert quodā tenere q nō qz l̄z papa nō possit tolle re sacr̄z baptisim⁹ v̄l alia necessaria p̄ tñ circa illa disponere: v̄l dādo formā v̄l disponēdo de psonis a qbus et qb⁹ qserēda sint vt no. in. c. i. de baptismo Nā pape est obediēdā in istis sp̄tali bus et qcernētibus pculū aie: nū illa repianē expresse iterdicta: v̄l sint ē fidē. et no. hāc regulā quā v̄f seq host. in c. quāto. de trāsla. p̄la. Ipse tñ inno. cōclūdēdo dicit q aut papa facit legē p quā tollit ptāē epis: et nihil ageret epis postea qserēdo. Aut simplicē phibet epis ne faciat: et tūc phibitio nō ipedi ret i p̄ressionē characteris. Bicit tñ Inno. notabile s̄bū obliuī nūqz tradē dū: q sine cā rōnabili nō est papa sustinēdū attētando ista v̄l silia ē velē eccliaz. et pōdera ex his s̄būs duo. Primo q nō p̄sumit in papa cā rōabilis si vult venire ē v̄lem statū ecclie l̄z ōz q cā sit alijs nota. Secō pōdera q n̄ dicit papā nō posse: l̄z eū nō sustinēdū quasi dicat q ecclia v̄lis bñ resistē pa- perī ecclia nō resistē. dī actus vale- re. et Pa. reddit rōnez h̄nius distictio nis inno. Nā in faciēdo legē et auferē do p legē ptatē epis: nihil ptatis quo ad actū phibitū remanet ipsis epis.. Sed qn̄ simpl̄r phibet: nō tollit ptatē sed interdict exēcūtū: merito hoc ca- su ip̄linē character nō obstatē phibi- tione pape: qz simplex phibitio nō im- pedit i p̄ressionē characteris in h̄ntē ptā tem etiā si in prohibitiōe apponatur

dispositū in collatione ordinū. nā oliz presbyteri in cōi regebāt eccliam et or- dinabāt sacerdotes. vñ quēadmodū olim poterāt: ita v̄f q papa possit hoc cedere sacerdoti maxie delegādo: cum nihil exerceat delegatus noſe ppno: vt in. c. sane. & of. dele. ḡnimo dico: q mi numox ordinū collationē possit papa sacerdotibus ppno lūre cedere. nam sacerdos pōt hōdie p̄ferre p̄mā tōsturā dūmō h̄cat subiectū. vt no. ho. in. c. cū p̄tingat d̄ eta. et qua. p̄fieriorē aut̄ p̄la tum a papa nō pōt fieri ista delegatio nō pōtificib⁹: qz nō p̄nit isti disponē ē statutā et ordinationē ecclie. hoc p̄- bat. in. c. aqua. de p̄se. ec. et vide glo. in d. c. puenit. q ponit notabile regulā qz nihil h̄z epis q sit iurisdictōis qd non sit delegabile p̄ eti. securis i cōpetētibus rōe ordinis epal: vt notat gl. i. d. c. q̄zto.

S C An aut̄ ea q sunt ordi. epalis pos- sīt p̄fieriorē p̄scribi. & pa. in. d. c. q̄z to facit regulā singularem q ea q sunt ordinis epalis nō p̄nit acgri p̄fieriorē ex p̄fuerūtudie q̄tūcūqz vētūtissima. h̄lēc dicit Jo. an. in. c. y. de p̄ben. li. vi. qz quātūcūqz tpe laicus exercuerit actū sp̄nālē nūqz tñ pōt illū actū p̄scribere Nā possētio tāti tgis cuius inīty nō ē memoria h̄z v̄z tūtūlī: qn̄ dat̄ capaci- tas i exercētē. als nō. securis i p̄petētib⁹ epo rōe iurisdictōis v̄l dignitatis epa- lis. Nā illia p̄m̄ p̄scribi p̄fieriorē clicoꝝ vt in. c. auditio. & c. cū olim de p̄scrip. et in. c. accēdētibus de excē. p̄la.

6 C Que aut̄ p̄ineāt ad iurisdictōneꝝ glo. in. c. trāmissaz. & elcc. dicit qz sunt vt iudicare: excōdicare: corrigē: iuramēta recipe a vasallis: cōfirmare. iustiture bñficia p̄ferre et silia. et hec oia in qfir matōe p̄segunt electus. ea p̄o qz sunt or- dinis sicut ē clicoꝝ ordiare chrisma cō- ficerē: depositio clicoꝝ: bñdicere virgi- nes et ecclias et altaria p̄secreare et silia p̄seruntur in p̄secratiōe epali. et glo. in d. c. puenit. dicit qz inter ea qz sunt iuris- dictōis: sunt qdā q nō p̄nit demanda- rt: nisi eis q admiculō ordinis ea p̄nit exēcere: vt deponere verberare clerl.

clausula decreti irritans. hec Danoz.
¶ Que sit forma confirmationis. & forme est hec. Consigno te signo crucis & confirmo te christmate salutis. In nomine patris & filii & spiritus sancti. amen.

¶ Utrum in sacro confirmationis gesta regula sit. & si in Tho. gratia operis non solius contigerit: sicut in quolibet sacro operis gratia emundans a peccato vel reliquis peccatis. sed etiam ipsalis gratia per quod quis deputatur ad officium sanctitatis: & idoneus efficit ad christum perfundendum. vñ & de gratia facit magis gratum.

¶ Quibus dicitur hoc sacramentum perfiri: omibus christianis. nam & pueris. quenam ter perfici: quod minus habet fictionis. & viris & mulieribus quibus causa est pugna spiritualis. Item mustis: quod ibi non verbo: si gno tamen perficeri. Item morientibus quibus ibi subtrahatur pugna: tamen periret ad prematur militari: & id quenam fieri accipit pugna christiane militie signum.

¶ Utrum confirmationis possit iterari. & si in theo. non potest eo quod imprimitur esse datum in delibet. de conse. di. v. dictum &c. de homine.

¶ Utrum confirmationis perfervit de auctoritate summis & a leuius rite video sic per reverentiam sacrae de conse. di. v. vi episc. & c. ut leuius. tamen in necessitate: melius esset confirmari post prandium quam si episcopo discendente & huiusmodi quis non possit confirmari.

Onscientia. Utrum liget ad faciendum oem quod dictat per modum preceptiorum vel prohibitorum. & si in gl. in. c. senti. xi. q. iij. Quod autem conscientia dictat aliquid quod est simile legi deo: & sic tamen facere vel conscientiam deponere. utpote si dictat necessarii ad salvacionem vestram de terra tollere si non deponit conscientiam aut non levet. mortaliter peccat. Aut conscientia dictat quod est legem dei & sic non ligat ad faciendum. sed ligat ad deponendum. quod erroneous errore repugnante legi divinae. vñ quod in manet ponit hoie extra statum salutis: & non necessario tamen ea deponere: quod siue faciat quod conscientia dictat siue non. semper peccat mortaliter. Faciendo quod dicitat peccat mortaliter: quod facit contra legem dei.

Non faciendo etiam peccat mortaliter quia faciendo bonum facit in preceptis deorum credit dictate sibi conscientia hoc deo disperdere. & sic intellige illud vulgatum. quod sit contra conscientiam edificare ad gehennam.

¶ Quid si platus precipiat aliquid quod conscientia subdicti dictat esse est legem dei. & Bo. vbi. s. quod tenet eam deponere nisi clavis sit illud fore contra legem dei. & Si nescit de illa iudicare. tamen sapientiores consulere: vel per orationem a deo declarationem postulare. Vnde dic ut habetur in c. inquisitioni. de sen. ex. & quod quis scit pro certo quod est contra legem dei non obediat: quia mortaliter peccare: sed potius debet tollerare etiam excusationem. Si non scit pro certo: sed ex levi & temeraria credulitate: tunc ad consilium sui prelati deponat. Si vero habet credulitatem probabilem & discreta: quis non manifesta & evidenter: tunc per obedienciam faciat quod sibi prescribitur: quod tamen in tali dubio: & per bonum obediencie excusat: sed nullo modo ex propria voluntate faciat quod peccaret mortaliter. quod si amplexum incident in illud.

¶ Utrum confidens de conscientia: famam neglegit gens peccet mortaliter. & si in gl. in. c. senti. xi. q. iij. quod aut summus inter tales. quod parati sunt imitari. & si peccat mortaliter quod eam non defendit pro posse. Et sic intellige. c. non sunt audiendi ea. quod & c. non lo. xij. q. i. & de conscientia. di. i. invenimus. aut summus inter tales. quod soli sunt parati reprehendere non imitari. & sic sufficit nobis conscientia nostra & non tenemur defendere. & sic intellige. c. quid ob est horum cum. v. c. se. xi. q. iij.

Onsecratio. i. ecclesie vel reconciliaatio eius. Ecclesia a solo episcopo potest consecrari. de conscientia. di. i. nemo. Neque episcopus alteri delegare nisi episcopo. sicut nec reconciliationem extra de conscientia. aqua. & potest consecrari tam diebus dominicis quam privatim extra eum. tua. neque tamen consecrari sine missa de conscientia. di. i. c. iij. non tamen est de substantia sicut Ber. & Ho. in. c. quod sicut de elec. qui dicunt quod missa de

Prim eccliaz romana bici a psecreante: tñ si aliter fieret teneret.

CPresumitur ecclia psecreata bñ ino. qñ apparet de hoc aliqua scriptura vñ insitum dotationis. vel in libris ecclie. **V**el i coluna: vñ i dicticij: qd idem ē: vel i tabula marmorea et huiusmodi. vñ et si appearat vñus testis de vñu vñ audiū bñ quosdā. nā hoc cāu cū nō tracetetur de piudicio alteri: sufficit tales pbatioes. et sic fac regulā q sculptura i loco lapideo facta: vel vn testis facit fidē: vbi nō agit de piudicio alteri?

CTres sunt cāus i gbus ecclia cosecrata dñ recōsecrari. **P**rim si pietes ecclie sūt cōbusti: vñ dirupti: seu notabilis decretati i toto vñ maiori parte. **S**ec si soldauerit tectuz exstū. ex. e. lignis. Rō bñ pa. i. c. pposuisti. e. ti. qz psecreatio ecclie psistit in exteriori pte. fit eim Belunitio: seu vncio cū crucib in iphis pietib ecclie i superficie muri. vñ violatur ipa psecreatio ex obustis pari eti. lñ pietes n̄ corrut. vñ pse. di. i. ecclis. **S**ecds si pietes i toto vel maiori pre coruerit. si vñ pietes successiue fnerit repati: ecclia eadē intelligi bñ quosdā: et nō indiget recōsecratione. **S**icut dicim de nauis: cuius vna pars dñcit: et reficit cras: vna alia ps corruit: et cras reficitur: et sic successiue reficit et tota et n̄ eadē nauis dñ. vt. in. l. qd i rerum de leg. i. et idē dicitur populus: licet aliq moriat et aliqui de novo nascant. vt vt in. l. ppōebat. ff. d. iud. lñ inno. sup. **R**ica. e. ti. refert alios tenere q. idigeat recōsecratioe. et hāc pte putat. pa. vñorē nā i istis spiritualib cōsideram? fitate et nō fictionē. Sed in veritate nō ē illa ecclia: ex quo ex toto vñ maiori parte de novo: licet successiue: est refecta. nā negari nō pōt: quin cōsideratio que cōsistebat i antigis parietib sit sublata et iura contraria: loquuntur de fictione. Nec ob. si dicatur: q ex quo fuit refecta prius minor pars: maior pars traxit minorē partē ad naturam suā. sicut de aqua bñdicta et oleo cōsiderato. dico q hoc nō pcedit i istis que cōmixtione

nō confundant. Tertius ē qñ dubitat an ecclia fuerit psecreata: nec appet aliq pbatō de his q dicta sunt. s. H̄y tres casus notāur in glo. d. c. pposuisti.

CSūt et alij cāus i gbus ecclia nō dñ recōsecrari: lñ recōciliari. **P**rimus pp hōicidū omissti i ecclia. d. c. pposuisti. et qz tex. simpli facit mētionē de homicidio. et i hoc nō requirit sanguis effusione: iō sufficit homicidium esse sine Sanguis effusione: vt qz fuit laqueo suspensus vñ strāgulat: vel simile. Et hoc tenet glo. i. c. vñco. eo. ti. li. vi.

